

Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo et rege Sicilie, dominante Conrado Maguntine sedis archiepiscopo, imperante Hermanno Thuringie lantgravio; datum tertio decimo kal. februarii Wolde in Novo Monte.

(S.)

(S.)

2.

5

Landgraf Hermann bestätigt einen zwischen Ludwig von Wartberg und dem Kloster St. Nicolai zu Eisenach wegen einiger Hufen zu Goldbach abgeschlossenen Kauf. 1196 Febr. 4.

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. S., an Hantschnur, = Tafel XI, 4. Phot. II. St. A.
Gedr.: Schulmacher, Nachr. zur Sächs. Gesch. Samml. 3, 41.*

In nomine sanctę et individue trinitatis^a). Herimannus dei gracia Turingię lantgravius Saxonię palatinus comes universis deum diligentibus vere pacis et salutis incre[mentum]^a). | Omnibus Christi ꝥclesiis et maxime in iuridictione nostra constitutis et dei auxilio et nostro consilio innitentibus pro posse nostro libenter consulentes significamus tam presentis quam succes[sive] ꝥtatis hominibus, quod Lodewicus de Wartberch nobilis homo noster, cum ad sacrum iter Iherosolimitanum signatus esset peregrinaturus, 15 bona sua in villa, que Goldbach dicitur, predium scilicet et insuper | unum mansum, que coniuncta sextum dimidium mansum faciunt, ꝥclesię sancti Nikolai in civitate nostra Isnacho constitutę et conventui monialium in eadem ꝥclesia deo famulantium pro quadraginta marcis argenti cum consentanea voluntate fratris sui Alberti vendidit, hac tamen conditione interposita, ut ipse comes Lodewicus vel predictus frater ipsius comes 20 Albertus et nemo alius quatuor annis ꝥvolutis et non prius eadem bona, si voluerint, pro tot marcis quadraginta scilicet, sicut vendidit, recemendo requirat. Hec autem ꝥemptio coram multis civibus de Ysnacho in ecclesia beati Georgii, que est i[n]^a) ipsa civitate primo facta, deinde coram nobis et a nobis roborata est. Nos autem ratione advocatię et iuridictionis nostre tutoris et procurationis officium super predictam sancti Nykolai ꝥcle- 25 siam et ꝥclesię conventum gerentes predicta bona cum ipso et pro ipso dominarum conventu de manu predictorum fratrum Lodewici videlicet et Alberti sub condicione, quam diximus, propria manu suscepimus. Quapropter omnes tam presentes quam posteros affectuose rogamus, quatinus pro dilectione dei et nostra nulla prorsus predictam ꝥclesiam in predictis bonis moliantur gravare calumpnia, quia non minus pro ipsius ꝥclesię 30 quam pro nostra dolebimus molestia. Huius rei testes sunt. Nobiles: Lodewicus et Sybodo fratres de Frankenstein. Heinricus plebanus et Giselherus sacerdos ad sanctum Georgium in Ysnacho. Ministeriales nostri: Gunterus dapifer. Eckehardus et Herdech- nus frater ipsius. Gerhardus et Heinricus fratres. Gerhardus et frater eius Heinricus cognomine Atzo. Burgenses nostri: Teodericus scultetus. Kunradus et Ruedengerus 35 camerarii. Gisilherus, Iohannes et Heinricus monetarii. Reinardus Rinc. Godefridus